



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Posterior Notatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

Dei virtus discretionis, qui ex duob<sup>o</sup> principibus, alterum voluerit cuncta relinquere (Godefridū scilicet) alteri verò (nimirum Theobaldo) præcepit, tanquam nihil habentem cuncta poscidere. Considerauit quippe in altero, quod aliena etiam, ab egenis raperet: considerauit in altero, quod propria gentibus largiri non cessaret. Hac ibi.

epistolas

S. Ber-

nardus

totes;

## POSTERIOR NOTATIO.

In manuscripto post omnia, quæ de B.  
Godefrido allata, subiungebatur de Ci-  
sterciensibus Monachis, & de S. Bernar-  
do, qui iisdem cum Godefrido ipso Comi-  
te vixit temporibus, nonnulla. Sed cum ea  
temporis tantum ratione trahi huc pos-  
sint, omitto, præsertim cum è lib. 1. vitæ  
S. Bernardi c. 4. sumpta pœnè sint omnia.  
In ipsorum tamen locum sufficiatur, quæ  
in Suriano Tomo 7. p. 26. de nostro isto le-  
gitur historiola. Quidam ex fratribus  
nostris (Præmonstratenibus) Sacer-  
dos fistulæ morbo dies non paucos  
adeo

4 G O D . C O M . V I T A .

adeo afflictus fuit , vt vix mouere se posset. Itaq; alienis manibus ad tem- plū adducebatur. Interim aduenitan niuersarius Comitis Godefridi dies. & ecce frater iste non sine multa dif- ficultate, ad templum reptans, vt illic vere Dei vigilias celebraret , ad ady- tum, siue chorum eius peruenit. Tu vero ab imo pectore , cum multis la- chrymis depromens preces , salutis rogabat auctorem Deum , vt inter- cessione viri Dei sospes & incolumis effici mereretur. Preces illas repenti- nus effectus consecutus est. Cœpite- nim sensim mox euanescente morb<sup>2</sup>. Proiicitur baculus: subsequiturq; sa- lus. Atque ista de Beato isto Comite ha- ctenus. Ad alterum, qui isto antiquitate multo superior est , progrediamur,

Sanctum videlicet ROMA-

R . I . C V M .

AD